



AD. 1500. 1500.



S. AUGUSTINI
OPUSCULA

IN VOLUMINE UNO



AD. 1500. 1500.

BR65
A5
1800
V.6
ç.1

6



1080046211

276

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
CAPILLA ALFONSO BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo 44 MICROFILMADO 11/3/83

6426#33-

SANCTI AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
OPUSCULA,
QUIBUS INSTITUTIO
UNIVERSE THEOLOGIE

COMPREHENDITUR
IN USUM CANDIDATORUM
THEOLOGIE:
COLLECTA EX EDITIONE
PATRUM CONGREGATIONIS S. MAURI.

EDITIO ALTERA.

*Quam in gratiam Alumnorum Collegii Matritensis
Domina Maria de Aragon majori ex parte auxit,
novoque ordine digessit*

*Frat. Antoninus Merino Ord. S. Augustini, sacr.
Theolog. Magister, ac ejusdem Collegii Rector.*

TOMUS VI.



MATRITI.
APUD VIDUAM DE IBARRA.

ANN. DOM. M. DCCC.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON

182825

38550

UNIVERSITATIS THEOLOGICAE
OPUSCULA
AUGUSTINI

Est enim Augustinus litterarum omnium egregius Magister: & quod in ubertate rarum est, cautissimus disputator. Decurrit quippe tamquam fons purissimus, nulla face pollutus; sed in integritate fidei perseverans, nescit hæreticis locum dare, unde sese possint aliqua collectatione defendere. Totus catholicus, totus orthodoxus invenitur: & in Ecclesia Domini suavissimo nitore resplendens, superni luminis claritate radiat.

Cassiodorus Senator in prologo super Psalterium.



FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

135852

MONITUM
IN TOMUM SEXTUM.

QUANDOQUIDEM hoc sexto volumine Augustini Opuscula collegimus, quæ divinæ legis præcepta, & moralium virtutum officia dilucidè exponunt, placuit eis præfigere librum *de Spiritu & littera*; ut inde discat Candidatus Legis & Gratiæ differentiam, alique imbibat animo pronuntiatum illud Apostoli, quod est totius Ethicæ christianæ fundamentum: *Littera occidit, Spiritus autem vivificat*. Consequitur brevis Decalogi explanatio, cum *Epistola CLV. ad Macedonium* docente veram virtutem sicut beatam vitam non nisi à Deo provenire. Deinde peculiare proponuntur Tractatus de *Patientia*, de *Oratione*, de *Jejunio*, & de *Eleemosyna*; quibus accedunt *Epistolæ duæ ad Publicolam*, & ad *Hieronimum*, in quibus de vitiis ac peccatis adversus stoicos præcipuè disputatur. Tandem ut nihil reliqui faciamus ad Juvenum hac in re institutionem, varia exhibentur Opuscula pro diversorum statuum muneribus; ubi de *Pastoribus*, agitur, de *Magistratibus*, *Conjugatis*, *Virginibus*, *Viduis*, *Monachis*, & *Militibus*.

IN-

INDEX OPUSCULORUM,
 QUÆ IN TOMO SEXTO CONTINENTUR.

	PAG.
<i>De Spiritu & Littera ad Marcellinum liber unus.....</i>	3.
<i>Sermo VIII. de Decem plagis, & decem præceptis.....</i>	84.
<i>Epistola CLV. ad Macedonium.....</i>	98.
<i>De Patientia liber unus.....</i>	115.
<i>Epist. CXXX. ad Probam de Oratione.....</i>	140.
<i>De Utilitate Jejunii Sermo.....</i>	165.
<i>Sermo CCCLXXXIX. de faciendis eleemosynis.....</i>	181.
<i>Epistola XLVI. Publicolæ ad Augustinum.....</i>	187.
<i>XLVII. Augustini ad Publicolam.....</i>	192.
<i>De Sententia Jacobi liber, seu Epistola CLXVII. ad Hieronymum.....</i>	199.
<i>Sermo XLVI. de Pastoribus in Ezechiel.....</i>	216.
<i>XLVII. de Ovibus in Ezechiel.....</i>	262.
<i>Epistola CCXXXVIII. ad Honoratum.....</i>	301.
<i>CLII. Macedonii ad Augustinum.....</i>	312.
<i>CLIII. Augustini ad Macedonium.....</i>	314.
<i>De Bono Conjugali liber unus.....</i>	341.
<i>Epistola CCLXII. ad Ecdiciam.....</i>	381.
<i>De Sancta Virginitate liber unus....</i>	391.
<i>De Bono Viduitatis liber unus.....</i>	450.
<i>De Opere Monachorum liber unus... </i>	487.
<i>Epistola XLVII. ad Eudoxium.....</i>	545.
<i>CLXXXIX. ad Bonifacium.....</i>	549.

IN LIBRUM
 DE SPIRITU ET LITTERA,

LIBRI II. RETRACTATIONUM CAP. XXXVII.

AD quem a scripseram tres libros, quorum titulus est : *De peccatorum meritis & remissione* ; ubi diligenter disputatur etiam de baptismo parvulorum , rescipsit mihi se fuisse permotum , quòd dixerim , fieri posse ut sit homo sine peccato , si voluntas ejus non desit , ope adjuvante divina ; quàmvis nemo tam perfectæ justitiæ in hac vita vel fuerit , vel sit , vel futurus sit. Quæsit enim , quomodo dixerim posse fieri , [cujus rei desit exemplum. Propter hanc ejus inquisitionem scripsi librum , cujus est titulus , *De Spiritu & Littera* , pertractans apostolicam sententiam , ubi ait : *Lit- 2. Cor. 3. 6.*
tera occidit , spiritus autem vivificat. In quo libro , quantum Deus adjuvit , acriter disputavi contra inimicos gratiæ Dei , quæ justificatur impius. Cùm autem agerem de observationibus judæorum , à quibusdam ejsis secundum veterem legem abstinentium , dixi : *Rom. 4. 5.*

TOM. VI

A

Qua-

a Marcellinum Tribunalum , cui acceptæ referendæ sunt tam multæ aliæ Augustini lucubrationes , subsequenti etiam operi occasionem præbuisse docet , mota questione ex libris de Peccatorum meritis & remissione , quos videlicet libros supra diximus editos anno Christi 412. Hisce autem libris in Retractationibus subjicitur opus , *De Spiritu & Littera* , non proximo quidem , sed quarto post loco , scriptum haud dubiè circa finem ejusdem anni 412. sed aliquantò ante eadem Marcellini , quæ anno 413. mense Septembri contigit. Citatur hoc idem opus in libro de Fide & operibus c. 14. & in libro 3. de Doctrina christiana c. 33.

2
cap. 21. *Quarundam escarum cerimonia* : quod nomen non est in usu litterarum sanctarum; ideo tamen mihi congruens visum est, quod a carento appellatas ceremonias, quasi carimonias, memoria tenebam, eo quod observantes careant his rebus à quibus abstinent. Quod si est origo alia hujus nominis quæ abhorret à vera religione, secundùm hanc ego non sum locutus, sed secundùm istam quàm suprâ memoravi. Hic liber sic incipit: *Lectis opusculis, quæ ad te nuper elaboravi, fili carissime Marcelline.*



3
S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
DE SPIRITU ET LITTERA
AD MARCELLINUM
LIBER * UNUS.

* Scriptus
sub finem
anni 412.

Marcellino scribente se permotum eo, quod in superiori opere legisset, fieri posse ut sit homo in hac vita sine peccato, si velit, adjutus à Deo; nec ullum tamen usquam in hominibus tam perfectæ justitiæ exemplum exstare: hanc Augustinus occasionem arripit disputandi contra pelagianos de adjutorio gratiæ Dei, ostenditque non in eo nos divinitus adjuvari ad operandam justitiam, quod legem Deus dedit plenam bonis sanctisque præceptis; sed quod ipsa voluntas nostra, sine qua operari bonum non possumus, adjuvetur & erigatur impertito spiritu gratiæ, sine quo adjutorio doctrina legis littera est occidens, quia reos potius prævaricationis tenet, quàm justificat impios. Inde ad propositam quæstionem, quam solvere incipit in principio libri, rediens iterum in fine, demonstrat multa esse, nemine diffitente, possibilia cum Dei auxilio, quorum nullum usquam exstet exemplum: atque ita sine exemplo esse in hominibus perfectam justitiam, & tamen impossibilem non esse concludit.

1. **LECTIS** opusculis, quæ ad te nuper elaboravi, fili carissime Marcelline, de

CAPUT I.
Occasio
scri-